

charitatem. Ipse humilitatis et paupertatis amator est:
imitatores humiles ac pauperes spiritu requirunt. Hunc ad
fidelem animam prophetam dicit. In camino pauperrimis elec-
ti te. Et in euangelio ad discipulos. Beati inquit paupe-
res spiritu: quoniam vestrum est regnum celorum. Non omnes beati
sunt pauperes: sed illi ducuntur: qui in spiritu humilita-
tis et in animo contrito. spretis omnibus Christum in intumis
sequuntur: quicquid veraciter dicere ad dominum possunt. Ecce
nos reliquimus omnia: et sequuti sumus te. Hec autem glo-
riatio veris monachis convenit: qui contempto seculo pe-
nitius student esse quod dicuntur. His profecto dominus promittit
dicens. Amen dico vobis. omnis qui reliquerit domum aut
parentes. fratres aut sorores et cetera que enumerat: cen-
tuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. Enimvero quisque
pro dei amore omnes mundi vanitates contempsit: secundum ad
interne contemplationis dulcedinem contulerit: tantum in his
ipsis exercitiis suavitatem inueniet: ut in eius comparatio-
ne se nihil estimet dimisisse. Qui enim pro consequenda eter-
na vita carnis sue voluptates ardenti in deum animo con-
tempserit: quoniam omnes mundi huius diuicias celestium desiderio
inflammatus calauerit: qui seipsum sibi abnegans alterius
imperio propter deum usque in finem submiserit: habere centu-
plum sine dubio dignus erit. Enimvero postquam diuine contemplationis
placoris dulcedinem semel percepit: nihil est quod eum deinde
ceps a sancto proposito retrahere possit. Uiam trium dierum
ex egipto per desertum ambulare scriptura nos admonet: quod
nisi ad montem sancte contemplationis gradatim venientes: in
tranquillitate metis domino seruiamur. Sic enim exodus habet.
Dominus deus hebreorum vocauit nos: ut eamus viam trium dierum
in solitudinem: et sacrificem domino deo nostro: ne forte accidat
nobis pestis aut gladius. His verbis monastice concusa
conis summa describitur: dum trium dierum iter pagendum indicatur.

De tribus votis substancialibus

monastice religionis quibus omnis

Lap. II.

religio inititur.

A iij